



Seuerinus acerrimus Christianæ fidei affer-
tor in partibus Austriæ ad Danubiū sitis lon-
gè lateq; Euangeliū prædicauit, & idolorū cul-
tum destruxit. primum aut̄ in oppidum Asterum
ueniens, quod hodie Stockerau dicit, ciues &
incolas diligenter admonuit, ut Christi doctrinā
fusco pereret, atq; eandem p̄iis operibus declararēt.
cum aut̄ illi p̄iū uiri admonitiones contemnerent,
ipse ad Noricos peruenit, & haud longe à Viēna,
quæ tum Gothicō uocabulo Flauabis dicebatur,
cellulam construxit, cuius uestigium etiamnum ho-
die extat, uicus etiam adiacens patria lingua S. Se-
uerin dicitur. Cum aut̄ hominū concursus, qui-

bus Christum prædicabat, indies maior fieret, atq; multi ei insidiarent̄, ad op-
pidum Comagenis, quod hodie Kaumberg dicitur, peruenit, atq; omnes fini-
timos Christi doctrinā docuit. Hinc factū ut etiā regē Rugorū, Flaccitheū no-
mine, q̄ tū Burgū habitabat (ubi hodie Burgedorff extat) Christianū effe-
rit. Captiuos etiā Rom. partim precib. partim pecunia redemit, et impetravit.
Cum etiā bellorum tumultibus omnia implerentur, ipse Christianos ad pa-
tientiam adhortatus in uera fide continuit, & futuram piorum gloriam decla-
rauit. Tum quoq; Quintanis (ubi hodie Cuntzigē cernitur) inter Batauiam
& Ratisbonam Euangeliū annuntiavit, tradūt etiam aliqui ex scriptoribus
S. Seuerinū per Germaniam ad Colonienses peruenisse, & eos in fide con-
firmasse. Postea in Noricum rediens Augustam peruenit, in quo loco Lucili-
lus, Valentinus, & Sylvinus Ecclesiam instituebant. Tandem uero Laureacū
cōcessit, quod hodie ab Anaso fluvio uulgò Ens dicitur, atq; in Bauaria pas-
sim ueram Christi fidem docuit.